



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Sectio I. De Rerum Ecclesiasticarum Immunitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)

SECTIO PRIMA.

De Rerum Ecclesiasticarum Immunitate.

CAPVT I.

De rerum Ecclesiasticarum
immunitate quoad lo-
cationem.

Res Ecclesie ad longum tem-
pus locari non possunt. Cle-
ment. 1. de reb. Eccles. non alie-
nand. & cap. Nulli, eodem tit.
Quia hæc diuturna locatio re-
putatur alienatio esse, quæ in rebus Ecclesie
omnino est prohibita, eo quod per ipsam vir-
tile dominium in conductorem transfertur.
leg. 1. §. quod autem ff. de superficie. Contr.
l. 2. var. c. 16. n. 1. Valquez opusc. de redditibus,
c. 2. §. 1. n. 21. Molina iuncta l. 1. de primog. c. 21.
n. 18. Molina Theologus tr. 2. de inst. d. 466.
Iure antiquo spectato, longum tempus
reputatur ad locationem rerum Ecclesiastica-
rum decentium, quia septennium pro modico
tempore sumitur cap. ult. ne Prælati vices
suar. & Clement. 1. de reb. Eccles. non alien. Ex quo
fit absolute inualidam esse locationem rerum
Ecclesie factam ad vitam locantis, vel condu-
centis, quia hæc locatio ex natura sua longi
temporis locationi subicitur: Clement. 1. Glof.
ibi Contr. l. 1. var. c. 16. n. 4. Valquez opusc. de
reddit. c. 2. §. 2. num. 2. Molina de primog. l. 1.
c. 21. n. 29. Molina noster argentea verò extra-
vag. Pauli II. quæ incipit, Ambitiosa, de reb.
Eccles. non alien. Non possunt res Ecclesie ultra
triennium locari. Quia ita ibi sub excommu-
nicatione, & gravissimis penis canetur. Sed
an hæc constitutio sit vltima recepta, §. 2. dis-
quirendum.

Facta locatione pro triennio, si ante illud
finitum quis renouet locationem (suppono
eam constitutionem esse vltimam, & ob-
seruari debere) post secundum annum, credo
valere contractum, quia tunc non presumitur
ex fraude procedere, nec primam contractum
continuari, sed nouum efficere, & rem denno
locare: & censetur contractus finitus, cum
parum pro nihilo reparetur. At si ante cæp-
tum secundum annum cum eadem persona
contrahat, eademque res Ecclesie conducatur,
probabile ad modum credo, nullum esse con-
tractum, tamen pensio variatur, quia præsum-
itur ex fraude facta. Et quia iam verum est
dicere, rem Ecclesie vni esse locatam ad quin-
quennium contra Extravag. Ambitiosæ. Mo-
lina noster tr. 2. d. 466. Aluar. Valat. de em-
phyt. q. 29. n. 15. Quando pensio non variatur.
Secundo si non variatur. Sed immerito, quia
variatio pensionis non tollit integrè præsum-
tionem fraudis, neque impedit rem ultra
triennium eidem locatam esse.

proptionem fraudis, neque impedit rem ultra
triennium eidem locatam esse.

Profecto Prælati potest sua constitutione
triennium concessum per Extravag. Ambitiosæ,
limitare quia in ea locationes triennales
non expresse conceduntur, sed permittuntur,
& longiores prohibentur. Ergo constitutio
prohibens ne ultra biennium fiat, potius fa-
uet Extravaganti, quam illi aduersatur. Bar-
bosa p. 3. de potest. Epis. alleg. 9. §. n. 18.

Dubium autem non est, extendi hanc pro-
hibitionem locationis ultra triennium ad om-
nia bona Ecclesiasticorum, Monasteriorum & pio-
rum locorum, qui fuerint episcopi authorita-
te erecti, tam immobilia quam mobilia pre-
tiosa, quæ seruando seruari possunt, quia de
his omnibus Extravagans loquitur. Dixi. Epis-
copi authoritate erecti. Nam hospitalia, Colle-
gia, confraternitates, alique pii loci, qui
absque episcopi authoritate erecti sunt, nullo
modo gaudent privilegio: sed possunt eorum
bona locari ultra triennium, & alienari absque
solemnitatibus à iure requisitis. Mascard. de
probationib. concl. 809. n. 11. Tusch. lit. H. concl.
163. à n. 9. Barbosa p. 3. de potest. Epis. alleg.
75. n. 32. & 33. Gamma decis. vlt. n. 6.

CAPVT II.

De bonis Ecclesiasticis immu-
nitate alienationis
gaudentibus.

ECCLESIASTICA bona immobi-
lia, & mobilia pretiosa, quæ seruan-
do seruari possunt, inalienabilia
sunt nisi seruatis conditionibus à iure statu-
tis, & in casibus à iure permisis, & consulto
Romano Præsule, si constitutio Pauli II. in
Extravag. Ambitiosa, de reb. Eccles. non alien. vigeat.
Bona immobilia sunt fundus, prædia, domus,
& similia, quæ fixam radicem habent. Censui
verò quibus anni redditibus correspondet,
ius ad ipsos, & ad quaslibet alias seruitutes,
cathedra, cõmenda, beneficiũ Ecclesiasticum,
ius patronatus: vltus fructus longi temporis in-
ter immobilia debent computari, quia hoc ius
de se perpetuum est. Anto Gõmez l. 2. var.
c. 14. n. 14. Syluest. v. alienatio. q. 9. Valq. opusc.
de reddit. c. 2. §. 2. n. 44. Barbosa p. 3. de potest.
Epis. alleg. 9. §. 9. Et expresse traditur in Clem. nt.
Exini de paradiso. §. cumque anni redditus Et
innuit Glof. v. iura, ex textu in cap. 2. de reb.
Eccles. non alien.

Mobilia vero pretiosa, quæ seruando ser-
uari possunt, quæq; inter immobilia ad hunc
effectum computantur, sunt vasa aurea, & similia
argentea, pretiosa.

argentea, gemmae, vestes, quae longè ab introitu d. l. r. & generatim omnia illa quae fructu d. l. r. & utilit. durant. *Glof. ad leg. i. C. si auctoris usus Azor p. 2. l. 9. cap. 1. quest. 5. & 7. Barboia p. 3. de potest. Episc. alleg. 95. num. 38. Pater referens. Porro ut res pretiosa dicatur, debet eam pietas non tantum auctoris (meo videri) attingere. Unde colligo, quas res mobiles alienabiles esse, quae valorem centum auctoris non aquant, quaeque nec tricenno durantes vtu continentur, & non fructificant, quales sunt vinum, triticum, oleum, lana, & his similia. Colligitur ex leg. quae lex. §. ult. C. de administrat. cap. vestra, de locato. N. uar. de alienat. rer. Ecclesiastic. num. 4. Quaranta sum. v. alienatio rerum Ecclesiastic. in 28 Molina d. 46 §. Barboia de potest. Episc. p. 3. alleg. 95. num. 38. & 39.*

9
Greco est
mobile pre-
tiosum.

10
E. nemus.

Greco est mobile pretiosum, & similia inter bona mobilia pretiosa, quae servando servari possunt, comprehenditur, quia per multiplicatorem continuum factum servari potest. *Molina tr. 2. d. 45 §. fine.*
Arbores ita per se non necessariae, ut illis subaltis, praeterquam si autem deterius redderetur, inter bona mobilia pretiosa, quae conservando servari possunt, computantur. Vnde Platius sciens arbores ex nemore, easque vendens in utilitatem Ecclesiae, vel Monasterii si ex tali occasione notabile damnum hereditati proveniret, de qua quidam scilicet verò si non prodemas, dum relinquat arbores sufficientes. *Quaranta sum. v. alienatio. n. 37. lit. F. Nauar. l. i. confil. conf. 6. de reb. Eccl. non alien. Manuel 99. Regul. 1. q. 27. a. 4. Bonac. de contr. d. 3. q. 8. pan. 4. n. 18.*

11
Domus, oi-
nea, &c.
ecclesia
Elitica, si
acceptetur,
non potest
alienari.

Domus, vinea, praedium, census, &c. Ecclesiae, vel Monasterio relictum absque expressa conditione, ut in perpetuum conferatur, comprehenditur inter bona non alienanda, si acceptum sit legatum, & per acceptationem factum in Ecclesia, vel Monasterio boni equitatis cum generale si omnia bona Ecclesiae mobilia, & mobilia pretiosa alienari non possent comprehendere illa de bonis sub generali prohibitione, cum per acceptationem sint iam Ecclesiae vel Monasterio bona pretiosa. *Palao 1. 2. de immunit. Eccl. d. vni pan. 15 §. 1. n. 9.*

12
Legatum
relictum
Monaste-
rio incapaci-
ci retinen-
di potest
alienari
Pralato.

Legatum rei in mobilia relictum Monasterio incapaci retinendum immobilem, a Praelato potest alienari, & in proprios Monasterii usus converti: quia illa bona non sunt Monasterio ob eius incapacitatem corporata, *Clement. Exim. de verb. signific. Prohibitio autem alienationis est pro bonis Ecclesiae incorporatis Riccius prax. fori Eccles. decis. 56. Quaranta sum. v. alienatio rer. Eccles. n. 41. Barboia p. 3. de potest. Episc. alleg. 95. num. 5.*

13
Alienatio
preste &
lucrum supra
prohibita
est.

Alienatio preste, & lucrum supra prohibita est. Alienatio preste, est translatio domini directi rei alienatae, leg. 1. C. de iure emphy. lucrum autem est translatio cuiuslibet iuris & domini, cap. Nulli de reb. Eccl. non alien. alienatio rerum Ecclesiasticarum non solum stricta, sed & lata prohibetur cap. Nulli, & totus tit. de reb. Eccl. non alien. Permittitur autem alienatio si in eundem ecclesiam cedat utilitas, & Pontifex consulatur.

14
Pendisio.

Non solum donatio, venditio, & permutatio, sed locatio ad longum tempus feudum, &

emphyteusis est prohibita quia per hanc permutatio, translatio domini utile in feudatium, feudatium, emphyteuticum, & conductorem & ab Ecclesia remouetur. *Azor. tom. 2. l. 9. cap. 1. q. 2. Molina tr. 2. d. 46 §. Idem dicendum de pignoratitia actione, aut hypothecaria. Couar. l. 2. var. cap. 16. num. 7. Valquez tract. de reddit. cap. 2. §. 2. num. 35. Molina. & Azor. citati. At in rebus non alienatum bona Ecclesiae, non potest in feudum ea concedere quia iuramentum absolute sumptum intelligendum est iuxta materiam qualitatem.*

Quatuor causas legitimas alienationis numero. Prima est necessitas, ut si Ecclesia grauetur aere alieno nec solvendo sit, nisi bona alienentur. Secunda, evidens Ecclesiae utilitas, ut si ager vendatur, ut ematur vilior. Tertia, incommoditas seu inutilitas rei alienandae. Quarta, pietas, ut si necessaria sit alienatio ad capiendum redemptioem §. Sacra, in tit. de rerum divis. Abbas ad cap. Nulli de reb. Eccl. non alien. num. 15. Sylva. de alienat. 10 q. 2. Couar. l. 2. var. cap. 17. num. 2. Molina d. 46 §. Valquez opus. de reddit. cap. 2. §. 2. d. 1. d. 1. §. 1. Nauar. de alien. rer. con. num. 3. Azor. p. 2. l. 9. cap. 1. quest. 3. Barboia p. 3. de potest. Episc. alleg. 95. num. 25. Bonac. de contr. d. 3. q. 8. pan. 4. n. 4.

Contemptio seu transmutatio unius rei in aliam abique alicuius domini directi, vel utilitatis transmutationem non est prohibita quia sine transmutatione domini directi, vel utilitatis in rebus alienatis nulla est alienatio. Unde licet sit non est pro beneficiato, ex calice vetusto, Ecclesiaeque habita non necessario crucem necessariam fabricare. *Riccius, dec. 136. Nauar. l. 3. confil. conf. 6. Manuel 1. 1. q. 27. a. 4.*

Pro alienatione rerum mobiliu, quae servando servari non possunt, nulla signata est a De solemnitas. Unde ille, cui est rerum Ecclesiae integra administratio commissa, libere ad poterit hanc, si Ecclesiae, plique operibus utile fuerit, visum, alienare. *Glof. ad cap. Nulli, de clesiastic. reb. Eccl. non alien. Panorm. ubi num. 8. Valq. rum. alienat. opus. de reddit. cap. 2. §. 2. d. 1. §. 3. num. 44. Molina tr. 2. d. 46 §. concl. 1. Barboia p. 3. de potest. Episc. alleg. 95. num. 37. solum de rebus immobilibus, & mobilibus pretiosis, quae servando servari possunt, a iure aliquae conditiones ad eorum alienationem statuuntur. Prima est tractatus, seu communis examinatio de utilitate, aut necessitate alienationis inter ipsos, ad quos res alienanda pertinet qui tractatus fit discutendo rationes hinc inde propositas. *Clement. 1. de reb. Eccl. non alien. & cap. 1. & 2. eodem tit. Secunda, post tractatum, & discessionem huiusmodi, requiritur Collegii consensus, hoc est, Canonorum, si res Ecclesiae Cathedralis, vel Collegiate alienanda sit: & Religiosorum, si sit Regularis conventus, & clericorum beneficiatorum, si sit Parochialis Ecclesiae, plures habentis beneficiarios. Si vero beneficiarios non habeat, solus Rector de consensu Episcopi poterit alienare, cap. 1. de reb. Eccl. non alien. Tertia, superior consensus, cap. Nulli, de reb. Eccl. non alien. cap. si ne exceptione 12. q. 2. Quarta, subscriptio Clericorum in casibus a iure expressis, qui tres tantum sunt, scilicet, venditio, permutatio ac donatio. *Quinta, quae fit a Praelato sine consensu cap. 12.***

ta consensus Pontificis. ubi *Extravagans Ambrosio* fuerit recepta; quia sic ibi caveatur. Alienationes itaque huius conditionibus existentibus permittuntur: illis vero deficientibus, omnino prohibentur. Lege P. Valquez *tratt. de rebus c. p. 2. §. 2. dub. 13.* Barbof. *de pot. Episcop. p. 3. alleg. 95. n. 37.* Covar. l. 1. var. capit. 17. numero primo Bonac. *de contratt. d. 3. question. 8. punct. 4. numero septimo* Molinam *tratt. 2. d. 468.* Azor. p. 2. l. 9. cap. 1. *quest. 4.* Palao l. 2. d. vni. de immunit. Eccles. punct. 15. §. 2. a. n. 7.

17 *Translatio, rem fissa, aut concordia de rebus* ab ecclesia possessis fieri non potest abique quinque prefatis conditionibus, seu solemnitatibus. Quia tunc ius ab ecclesia acquisitum alienatur. Secus vero si hac de rebus, in quarum possessione ecclesia non existit. Quia tunc non alienatur, quod ecclesia habet: sed quod operatur sub alio iure, remittitur pro alicuius rei certae acquisitione. Rebus, in compend. alienat. numer. 21. *Quarta sum. bullar. v. alienatio num. 20. §. 43. limit. 12.* Bonac. *de contratt. d. 3. q. 8. punct. 4. n. 20.* Barbof. p. 3. *de potest. Episcop. alleg. 95. n. 63.*

18 *Si autem de concessione feudi, & emphyteus loquamur, si hac concedantur primo,* non est dubium, servandas esse prefatas conditiones cap. 1. *de his, que sunt a Pralato sine consensu Capituli.* Illis autem positis, dari potest feudum, & emphyteus in perpetuum, etiam heredibus extraneis. Covar. l. 2. var. capit. 17. numer. 4. §. 1. *Inl. Clar. l. 4. sem. §. Emphyteus quest. 6. num. 4.* Molina d. 469. concl. 1. *Constat ex Authent. de alienat. & emphyt.* Porro pro feudo, & emphyteus iam concessa renovanda, non sunt conditiones illae necessariae. Vt vero renovatio illius feudi, & emphyteus continuatio prioris alienationis reputetur, & non nova alienatio tres requiruntur conditiones. Prima, ut eodem modo concedatur, ac prius fuit concessa. Secunda, ut adsit evidens Ecclesiae utilitas in hac renovatione. Sicut adsit in concessione prima. Tertia, ut non sit res iterum in Ecclesia incorporata, quia per incorporationem omnino extinguitur primo alienatio, & res facta est Ecclesiae, ac si ab ea nunquam discessisset. Barbof. p. 3. *de potest. Episcop. alleg. 95. n. 33.* Praxis Episcop. l. 1. n. 32. Molina d. 468. concl. 8. Bonac. *de contratt. d. 3. q. 8. punct. 4. n. 30.*

19 *Inspatrimonius inter bona immobilia, vel* saltem mobilia pretiosa est computandum unde si apud Ecclesiam existat, alienari a Rectore non potest, non servatis illis quinque conditionibus: illis vero servatis potest alienari quia nullibi specialis eius alienatio interdicatur. Moneo tamen per venitionem illius directe factam alienari non posse. Quia a pretio adquiri non potest cum sit quid spirituale. Potest autem vendi indirecte, vendita in hereditate, cum tale ius est annexum. Lambertini. l. 1. *de Inrepatrimon. p. 2. question. 3. a. 15. numer. 4.* Alienari etiam potest per donationem quia in hac nulla rebus Sacris irreuerentia irrogatur. Quae quidem donatio si fit Ecclesiae, vel loco p. o. non in liget Episcopi consensus: indiget vero, si laico fiat, c. p. *quod autem, cap. illud de Inrepatrimon. Lambertinus, quest. 1. a. 2.* §. Molina *lucita de primogen. l. 1. cap. 24.* Esob. & Mend. *Theol. Mor. Tom. VII.*

num. 13. ius vero sepulchri vendi non potest, quia est quid spirituale. Excepit nisi vendatur tanquam alicuius praedij accessorium hoc ius habentis.

20 *Deficiente causa legitima alienandi Ecclesiae bona, nulla est alienatio non solum in foro externo, sed & in conscientia, cap. sine exceptione 12. quest. 2.* Profecto res alienata abique legitima causa, vel debita solemnitate restituenda est Ecclesiae cum omnibus eius fructibus, & proventibus, expensis deductis. Quia contractus nullus fuit cap. si quis, *de reb. situenda. Eccles. non alien. Molin. d. 468. concl. 6.* Valquez *episc. de rebus c. 2. §. 2. dub. 15.* Bonac. *de contratt. d. 3. q. 8. punct. 4. n. 12.* Ecclesia vero non tenetur pretium reddere emptori, si mala fide contractus est celebratus quia ob delictum emptoris, & commissum pretio priuatur in Ecclesia utilitatem leg. iubemus, & Authent. qui res C. de quando non Sacros. Eccles. Et si ex eo contractu Ecclesia locupletior non sit facta, & si bona fide ex parte emptoris contractus fuerit celebratus quia tunc non Ecclesia, sed is, qui nomine Ecclesiae contraxit, tenetur emptori pretium reddere, ac indemnem servare. Secus vero si Ecclesia pretium retinet, vel locupletior ex contractu est facta: quia tunc ipsa tenetur. Molina, & Valquez ubi si Emptor autem in tali casu retinet rem Ecclesiasticam, aut eius fructus potest timore recompensationis pretij sibi reddendi, dum pretium sibi ab Ecclesia non redditur Valquez, & Bonac. citati.



CAPVT III.

Circa Ecclesiasticorum immunitatem in locatione rerum.

DVBIVM I.

An locatio rerum Ecclesiae possit, ad vitam alicuius geri si verosimili coniectura putetur, longo tempore non esse victurum?

21 *Vltra triennium res Ecclesiae locari non* posse scilicet. 1. vidimus. Quia diuturna locatio videtur esse alienatio omnino prohibita. Unde sit absolute, locationem ad vitam locantis vel conducantis invalidam esse. Hac enim ex natura sua longi temporis durationi subicitur. Clemens. 1. *de reb. Eccles. non alienand.* Queritur autem an geri possit locatio ad vitam alicuius si verosimili coniectura putetur longo tempore non esse victurum?

22 *Geri potest, v. g. si aliquis ita senex sit, vel* adeo ob infirmitatem habitalem viribus debilis, ut prudens cuique breui obiturno appareat: quia sic fit computatio, & consideratio locatio. leg. *Hereditarium ff. ad leg. Falcidiam* Sic Covar. l. 5. var. o. 16. n. 3. Palao *com. 2. d. vni. de immunit. Ecclesiasticor. punct. 4. nam. 1.* putat esse probabile.

C Minima

23
Ger. non
potest.

Minimè geri potest. Quia cum semper contingens sit, vitam illam longo tempore protrahi posse, & locatio cum vita pariter incedat, sic lanè extendi saltem sub dubio & contingentia pro longo tempore, quo in nullo modo licet. Ita Palao vbi. Molina iurista l. 1. de primog. c. 2. n. 18. Valg. opus de reditib. c. 2. §. 2. n. 23.

24
Hoc longe
verius esse
credo.

Hoc longe verius putarim esse. Ponamus enim, vitam decennio durare, in tali casu locatio non substat: alias dicendum esset, validam esse locationem pro longo tempore factam contra expressam decisionem Cap. Nulli, & Clementi. 1. de reb. Eccl. non alienand. At quilibet locatio pro vita alicuius hoc periculum habet. Ergo quælibet est inualida, à principio enim debet inualidari, quia à principio totum illud tempus comprehendit.

D V B I V M II

An constitutio Extravag. Pauli 1. I. quæ incipit: Arbitraria, præscribens, res Ecclesiasticas non posse ultra triennium locari, sit ubique recepta?

25
Status quo
stamus.

Intenta Extravag. Pauli II. quæ incipit, Arbitraria, de reb. Eccl. non alien. haud possunt res Ecclesiasticas ultra triennium locari, ita enim ibi cauetur sub excommunicatione, & aliis gravis simis poenis. Est autem inter Doctores controversia, num hæc constitutio sit ubique recepta.

26
Non est
ubi quo re-
cepta.

Vbi quoque recepta non est, sed ex stylo consulis dicens id est colligendum. Quia in aliquibus assolent res Ecclesiasticas ultra triennium locari. Sæ Namur. sum. cap. 27. num. 150. Valg. tr. de reditib. cap. 2. §. 2. numer. 32. Sylvest. v. excommunicatio 7. numer. 83. Couat. l. 1. var. cap. 16. num. 6. Azor. p. 2. l. 2. c. 2. vers. quod attingit. & alij plures.

27
Vbi quoque
recepta est.

Vbi quoque est recepta quoad poenam intrinsicam annulationis ibidem impositam, & quoad rem prohibitam: tamen quoad poenas extrinsecas excommunicationis, & privationis officiorum recepta non sit. Quia vbi hoc ubique comprobatur. Ita Molina Theol. tr. 2. l. 466. Rebel. de iust. p. 2. l. 14. questio. 5. Salcedo prati. cap. 71. sine Zencio collectan. 32. numer. 1. Quaranta v. Alienatio rer. Eccl. numer. 48. Tolet. l. 1. cap. 91. Cuius canon. 99. l. 1. cap. 8. num. 9. Barbosa p. 3. de potest. Episc. alleg. 95. n. 49.

28
Hæc pro-
babilius.

Hanc sententiam probabiliorem esse non dubito, quam video pluribus Sacre Roræ deit omibns esse firmatam. Lege Augustinum Barbozani citatum.

D V B I V M III.

An qui Ecclesia res locat alicui ad sex, vel novem annos clausula adiecta, ut tot sint locationes, quos sunt triennia, ut transactio primo triennio, pro tunc rem denovo locet: procedat, adversus Extravag. Ambrosii Constitutionem?

Non procedit. Quia inibi dantur plures locationes triennales, nec vlla ultra triennium extenditur. Ergo non procedit, contra prohibitionem. Sic Baldus cap. 1. §. si libellario, quibus modis feud. amittitur.

Procedit plane. Quia in Authent. de non alienand. §. quod autem in fine ubi agitur de emphyteusi, quæ ad vitam accipiens, & duas plures alias concedi poterat: dicitur, nullum esse pactum, quo concedens obligatur, sequentem successorem alius præterite, & rem in emphyteusim eidem concedere. Quia hoc nihil aliud est (inquit textus) quam per resolutionem, & machinationem serpentiari eis Emphyteusis, magis autem privationis Ecclesiasticarum agi rerum. Sed in nostro casu idem à fortiori militat, cum per illam machinationem multiplicatae locationis res Ecclesiastica ad longum tempus locetur, quid enim interest Ecclesiæ vni in ea locatione, an pluribus res Ecclesiæ longo tempore conducat? Ecclesia namque solum intencat, ne locatio ultra triennium fiat, quod certe fit tamen si diversis contractibus celebretur. Ita Cynus, Albert. Cardin. Anchar. Bartol. Alexand. & alij, quos refert, ac sequitur Couat. l. 2. var. cap. 16. numer. 4. Valac. de iure emphyteus. quest. 29. num. 15. Molina de iust. d. 466. sine Azor. p. 2. l. 9. c. 2. quest. 3. Valquez de reditib. l. 2. §. 2. num. 25. Barbosa p. 3. de potest. Episc. alleg. 95. num. 17.

Cum his opinor. Nam huiusmodi contentio præsumitur fieri in fraude legis prohibentis conductum onem ultra triennium: unde irrita est, & inanis: sicuti sunt omnia pacta in fraudem legis facta.

D V B I V M IV.

An Ecclesia possit, quæ secundo, vel tertio anno solet fructum reddere, possit, & ultra triennium locari statum de Pauli II. constitutione?

Potest quidem quia Pontifex non videtur intendisse signare triennium temporis, sed fructuum: triena enim fructuum collectio est, quæ conductorem poterat invitare ad possessionem Ecclesiasticam locandam, ut sic sterilitas (si forte contingeret) vnius anni aliorum ubertate compensaretur.

Seet. II. de Immunit. Templor. 31

retur. Sic Navar. comment. de alienat. rer. Eccl. num. 21. & 22. Conar. l. 2. var. cap. 16. num. 6. Gutier. l. 1. canon. 99. c. 8. num. 12. Quatana. Alienatio rer. Eccl. num. 18. Barbosa p. 3. de potest. Episc. alleg. 95. num. 4.

³³ Non potest. Quia in Extrauag. Ambitiosa, de reb. Eccl. non alien. absolute dicitur res Ecclesie ultra triennium locari non posse, nec una apponitur limitatio. At non apparet inibi, videnam coniectari possit, Pontificem non intendisse signare temporis, sed fructuum triennium: imo potius videtur temporis triennium intendisse signare, nam temporis longitudo proximior est alienationi, quam curat Pontifex prohibere. Et quidem si intendet signare fructuum triennium proculdubio exponeret. Ita Doctores quidam, nec improbabili.

³⁴ Primam tamen sententiam tot Doctorum placito roboratam mihi eligenda duxi. Quæ quidem emphytentæ confirmatur exemplo. Non enim hic cadit in commissum, si triennium non soluit pensionem annexam rei, quæ vicis tantum fructus triennium reddit, ut ex Iacone, Baldo, & Alexandro probant Azorius & Couarrubias citati.

DVBIVM V.

An facta locatio ultra triennium, firma sit, qua parte triennium comprehenditur, licet sit in firma, & irrita, qua parte excedit?

³⁵ Firma est, qua parte triennium comprehenditur, quia in hac locutione bene potest separari tempus permissum triennij ab alio tempore prohibito. Nam esto vnica locatio materialis sit, & vnicum pretium pro toto illo tempore expostitum: diuidi tamen pro rata cuiuslibet triennij potest. At quoties vtile ab inutili potest separari, vtile per inutile non vitatur ex Reg. vtile, de Reg. iur. in 6. Et leg. 1. §. sed si mihi, ff. de verb. obligat. Sic post Baldum decian. Paulum, & alios Molina de primogen. l. 1. c. 2. num. 28. Molina nosse tr. 2. d. 467. Tuschus v. locatio, concl. 406. Rebecq. de iust. p. 2. l. 14. g. 6. Quatana v. Alienatio rer. Eccl. num. 18. Barbosa p. 3. de potest. Episcop. alleg. 95. num. 15. Gamma de 390. n. 3.

³⁶ Firma non est ex ea parte, sed in totum vitatur, quia Ambrosius de non alienand. Semphytentum prohibet dari emphytentum ultra tres vitas, & subdit, Aliter dari nullo permissimus modo, neque sic habere aliquod robur sequimur. At in Extrauag. Ambitiose, factur Pontifex. Locationem ultra triennium factam nullius omnino esse roboris, & momenti: dictio autem illa omnino inditincte omnes annos comprehendit. Cum ergo locatio triennalis permisa sit a lege, & reprobata ea, quæ longior est, efficitur sane ut ea, quæ tempus illud præscriptum excedit omnino sit irrita, vitians vitæ triennale permittam loca-

tionem. Ita Couar. l. 2. var. cap. 16. num. 5. Valac. de iure emphyt. q. 29. n. 15. Mantie me tacit. & ambig. conueniunt. 10. l. 1. §. 1. ut. 5. Cald. Perei de resol. emphyt. c. 2. n. 30. Azor. p. 2. l. 7. c. 10. g. 4. Bonac. de cour. d. 3. g. 8. pun. 4. n. 32. Valq. de reditib. c. 2. §. 2. m. 28. & 29.

Hanc sententiam probabiliorē esse iudico, in cuius probationem fortioritur argumentum, ³⁷ Probabiliorē to, nam ad rationem, qua Doctores hi nituntur, haud difficile poterit responderi, textus relatos intelligendos esse non de toto tempore, sed de tempore inutili. Itaque hanc rationem efficacem adiucio desumptam ex his, quæ communiter in contractu locationis succedunt. Qui enim pro tempore diuturno possessionem conducit, minoris accipit, quam si pro breui tempore acciperet, ut experientia compertum est. At quoties contrahentes non celebrarent contractum eodem tempore permissio, ac celebrant, cum extra tempus permissum contrahunt, inualidus est contractus quoad totum tempus, ut ex Bart. & aliis probat Molina de primogen. c. 21. num. 28. nosse Molina d. 467. & Couar. l. 2. var. c. 16. num. 5. Ergo absolute dicendum est contractum locationis rerum Ecclesiasticarum ultra triennium neque pro triennio valere. Et quidem vtile per inutile non vitatur (ingenuè fateor) quando separabilia sunt: at in casu præsentis sunt separabilia; quia non eodem pretio locares ad breue tempus ac locas ad longum.

DVBIVM VI.

An mandatum ad locandum, ultra triennium possit extendi?

³⁸ Non solum locatio ultra triennium, sed & mandatum ad locandum ultra triennium extendi non potest. Quia alias fieret fraus legi, si facultatem haberes ad res Ecclesiasticas ultra triennium locandas. Sic Cod. de iur. l. 2. var. c. 16. n. 6. Azor. p. 2. l. 9. c. 2. g. 5. Potest extendi, valere, inquam, mandatum procuratori concessum, ut finita prima locatione, aliam, & aliam eiusdem possessionis, prout sibi videbitur, faciat. Quia non conceditur facultas locandi rem ultra triennium, sed ad plura triennia successine rem locandi, quod nullo iure prohibetur. Ita Molina l. citata tr. 2. d. 466. sine Palao to. 2. d. vii. de Ecclesiasticor. immuni. pun. 4. n. 9.

Hanc sententiam probabiliorē esse iudico. Nam si tu, qui rerum Ecclesiasticarum administrator es, potestatem habes locandi eas locationibus triennialibus successinis: ita poteris alteri vices tuas concedere. Durum namque apparet, quolibet triennio te obligatum esse mandatum renouare. Valet ergo quoties illud non renouas.

DVBIVM VII.

An fructus, & proventus Beneficiati quorumque ipse habet dominium possint locari in longum tempus, v.g. pro tota sua vita stante Extravag. Ambitiosa?

⁴¹ Non potest. Quia in ea Extravag. prohibetur alienatio, ac locatio ultra triennium omnium Ecclesiasticorum rerum

immobilium, & pretiosorum mobilium quae servando servari possunt. At sub bonis Ecclesiasticis non solum bona Ecclesiae, sed propria Beneficia comprehenduntur. Ergo ea non possunt ultra tempus praeteritum locare. Ita enim particula *Quae servando servari possunt*, non potest intelligi de fructibus beneficiorum nondum collectis, hi namque diu nequeunt, quod non possunt servari. Sic Ginn. decis. 390. num. 6 & decis. 156. num. 1. Barbo. p. 3. de potest. Episcop. alleg. 95. n. 10. Gutierrez l. prim. canon. 99. c. 8. num. 14. Bonacin. de contr. feudi, d. 5. q. 3. pun. 4. num. 32.

⁴² Potest omnino. Quia decisio Extravag. Ambitiosa ex illius proemio est delimitanda cum generale sit legi ex Rubrica, sub qua collocatur, accipere interpretationem, quod ad leg. 1. v. *Procurator C. Ne liceat terro* pronunciare ibi. Bald. & plures exornat Alexand. lege prima ff. si certum petatur num. 3. At in proemio manifestum est de solis bonis Ecclesiae Extravagantem loqui, inquit in *Immobilia, & mobilia pretiosa Deo dicata*, ex quibus Ecclesia regitur, & Administratio alimonia venduntur. En qualiter de bonis Ecclesiarum loquatur, non de rebus propriis beneficii, ac dignitatis. Ita Couar. l. 2. var. cap. 16. n. 6. Molina l. 1. de prim. cap. secund. num. 27. Molina noster tract. secund. d. 466. post medium Valquez opus. de reddit. cap. 2. §. 2. num. 31. & 34. Azor. p. 2. l. 9. cap. secund. quest. 7. Spectato iure communi, & alij plures.

⁴³ Verius hoc mihi. Verior mihi sententia haec, licet enim in decreto generalis prohibitio adiciatur omnium rerum & bonorum Ecclesiasticorum per antonomasiam solum bona Ecclesiae, bona Ecclesiastica nuncupantur. Profecto illa generalis prohibitio debet intelligi iuxta constitutionis proemium, quae est de rebus Deo dicatis.



CAPVT IV.

Circa Ecclesiasticorum bonorum immunitatem alienationis.

DVBIVM VII.

Pecunia, quae ab aliquo destinata est ad emptionem bonorum stabilium intelligiturne sub nomine boni stabilis non alienari?

⁴⁴ Illius scilicet. 1. Ecclesiastica bona immobilia pretiosa, quae servando servari possunt, inalienabilia esse, in iuris canonibus à iure statuta. Porro pecunia sub rebus mobilibus pretiosis non computatur. Quia vltimò quotidiano deseruit, & ad illam est destinata, neque servata vltimò finem patit. Quoties vero, an si destinata sit à quocunque ad emptionem bonorum stabilium, verbi gratia censuum, praediorum, vel pretiosorum mobilium, sub nomine boni stabilis, vel mobilis pretiosi intelligatur?

⁴⁵ Intelligitur quidem nec alienari ab ecclesia potest. Quia in hoc casu ratione huiusmodi destinationis, loco rei stabilis, aut mobilis pretiosae succedit. Sic Azor. p. 2. l. 9. c. 1. quest. 5. Barbo. p. 3. de potest. Episcop. alleg. 95. n. 4. Bonac. d. 3. de contr. locat. q. 8. pun. 4. numer. 2.

⁴⁶ Non intelligitur. Quia talis destinatio, quae nondum executioni est tradita, à destinantis voluntate pendet, quae mutari potest, & pecunia illa dum res stabili aut mobilis pretiosa non capitur vltimò quotidiano potest licite deservire, & absumi. Ita Docti vni, quos consultui. Palao 10. 2. d. vni. de Ecclesiasticis, in. m. num. 15. §. 1. n. 5. Valq. de reddit. c. 2. §. 2. num. 47.

⁴⁷ Ego quidam existimo veram primam sententiam esse solum, quando destinatio pecuniae habet ortum ex eo, quod à testatore ad illum effectum relicta fuit, vel ex re aliqua immobili processerit vel pretiosa ipsius Ecclesiae, quae ut renouaretur, vendita fuit. In his ergo verum est subrogari pecuniam loco rei immobilis. Idem iuris est de pecunia, quae Monialibus in dote traditur. Quia ex voluntate donantis censetur data monasterio, quae pro Monialis sustentatione perferret. Aliae vero destinationes omnino videntur accidentarias, neque pecuniae conditionem mutant.

D V B I V M VIII.

*Pecunia in banchis camporum op-
sit potestne, ab Ecclesia
alienari?*

48 **A**lienari non potest. Quia tunc videtur
negotiationi exposita, & uti bonum sta-
bile, nempe census fructum habere.
Sic Tiraquell. de retract. lignag. §. i. gloss. 7. num.
214. Bald. ad Clarum, §. fin. q. 38. nu. 31. Bar-
bosa p. 3. de potest. Episc. alleg. num. 44. alios
referens.

49 **P**otest alienari. Quia in banchis solummo-
do collocatur interim, dum sese offert illam
consumendi necessitas: unde accidentarium
omnino est, quod fructus referat. Ita Castro
Palao 10. 2. de Ecclesiasticor. immun. d. vni. pun.
15. §. i. n. 6. reo in res. decis. 160.

50 **P**robabilius hoc esse reor. Primam senten-
tiam veram esse iudicans solum in sensu Da-
bio 37. explicato. Nam pecunia collecta ex
fructibus, seu redditibus rerum immobilium,
vel pecunia, quæ ex testatoris voluntate ad
sumptus quotidianos relicta est, non video,
qua ratione debeat inter bona immobilia com-
putari. Unde enim est obligatio illam in ban-
chis camporum conservandi?

D V B I V M IX.

*An reliquia Sanctorum comprehendan-
tur sub bonis mobilibus pretiosis, alie-
nationi non subiectis?*

51 **N**on comprehenduntur. Quia hæ pretio
æstimari non possunt. Sic nonnulli Theo-
logi non immeriti.

52 **C**omprehenduntur sane si insignes sint.
Quia esto pretio non æquengur sunt supra
omne pretium. Ita Riccius dec. 63. num. 6. Bo-
nac. d. 3. de contr. feud. quest. 8. pun. 4. n. 17.

53 **C**ensio sub mobilibus pretiosis contineri,
nullatenusque alienari posse. Vocarem autem
Reliquias insignes caput, pedem, manum ali-
cuius Dni satis cogniti, & qui in magna apud
omnes veneratione est.

D V B I V M X.

*An legatum Ecclesie relictum si accepte-
tur, & refundatur in Ecclesia bonum,
non possit alienari: & Ecclesia
vel Monasterium possit illud non
acceptare?*

54 **D**onus, vinea, prædium, census, aureum
pretiosum Ecclesie, vel Monasterio re-
lictum absque conditione expressa, ut in per-

petuum consecuetur, si acceptatum legatum
sit, inter bona alienationi non obnoxia com-
putantur.

At Ecclesia vel Monasterium non potest le-
gatum non acceptare, quia illa repulsa est qua-
dam legati alienatio, siquidem, ea facta, tran-
sit ad heredem. Et quia inter bona immobilia,
seu mobilia pretiosa comprehenduntur iura,
& actiones, ad immobilia vel mobilia pretiosa.
Et quia favore Ecclesie hæc legata in Ecclesia
trahuntur ipso iure etiam absque traditione leg. fin.
C. de sacros. Eccles. Sic Mol. rr. 2. d. 468. n. 10.
Quaranta sum. Bullar. v. Alienatio ver. Eccles.
num. 23. Barbosa p. 3. de potest. Episc. alleg.
95. num. 54. Menchaca de successu l. 3. §. 27.
num. 23.

55 **P**otest equidem non acceptare legatum,
quia hereditas delata, & Ecclesie non im-
corporata, non est ius quælitum Ecclesie, sed
querendum. Ergo inter bona Ecclesie com-
putandum non est. Et quidem reputatio non
est alienatio, sed solum est non acquisitio leg.
Alienatio. ff. de verbor. signif. Alias debitor
repudians legatum censetur illud alienare in
creditorum fraudem. Ita Riccius prax. decis.
96. Sanchi. l. 7. de matr. d. 4. num. 12. Bonac. d.
3. de contr. feud. q. 8. pun. 4. num. 38. Azor. p.
2. l. 9. c. 1. q. 12.

56 **P**rimam sententiam satis probabilem esse
reor, sed secundam communem quidem, pro-
babilior em eligo. Fateor enim, facta repulsa
ab Ecclesia, vel Monasterio, legatum ad hæ-
redes transire: abnegare tamen transire ex re-
pulsâ: transit enim ex successione, quæ ex
legato facto impediatur. Etiam concedo
iura, & actiones absolutas sub bonis immo-
bilibus propriis comprehendere: at ius ad lega-
tum & hereditatem non est absolutum, sed
sub tacita conditione, si legato placuerit: ac
proinde est ius renocabile, & imperfectum.

D V B I V M XI.

*An si aliqua res pretiosa mobilis Mona-
sterio relinquatur, poteritne vendi,
& in Religiosorum sustentationem,
aliove usus conuertri?*

57 **M**inimè vendi poterit, quia est iam ex
ipso receptione incorporata Monaste-
rio. Ergo sicut mobile pretiosum Mona-
sterij alienari nequit, sic res illa relicta. Sic
Riccius prax. decis. 53. num. 5.

58 **P**oterit vendi, quia tota prohibitionis ra-
tio alienandi res mobiles pretiosas, quæ ser-
uando servari possunt, est, quia inter bona im-
mobilia computantur, quorum alienatio om-
nino est prohibita, non servatis à iure solem-
nitatibus expressis. At hæc prohibitio non
procedit in legato rei immobilis relicto Mona-
sterio incapaci retinendi: Ergo à fortiori
nec procedere debet in legato relicto rei mo-
bilis pretiosæ, tamen longo tempore servari
possit; quia non videtur obligatum id lega-
tum conservare in perpetuum. Ita Palao tom.
2. d. vni. de Ecclesiasticor. immun. pun. 15. §. 1.
numero 13.

Scio

60 *Telem affir-* Sed primam sententiam probabilem satis
elles, & ab Auguft. Barbofa admitti p. 3. de
mo. *potest. Episc. allegat.* 95. num. 5. Sed secun-
dam probabiliorem esse crediderim, dū video
quotidie res pretiosas monasterio relictas abs-
que expressa retinendi, & in perpetuum con-
ferendi eas conditione vendi, & earum
pretium in Religiosorum sustentationem,
alioquin in vius conuertere. Nec credo, apud
perfectos posse huiusmodi vsum ad id vigere,
si vilo circa hoc adesset scrupulo pungi de-
berent.

DVBIUM XII.

*An iurans bona Ecclesia non alienare
peccet contra iuramentum, si ea tra-
dat in pignus, vel hypothecam, vel
in feudum, & emphyteusim, aut in
longi temporis locationem?*

61 *Non peccat* Non peccat. Quia in iis, quæ odiosa
sunt, sita debet interpretatio fieri.
Ergo solum de alienatione propria, qual-
is est ea, per quam directum dominium
transfertur, intelligendum est. Sic Couar. l.
2. var. c. 16. n. 2.

62 *Peccat quidem.* Peccat quidem. Quia iuramentum abso-
lutè sumptū intelligendum est iuxta materiæ
qualitatem: tum autem in hac materia aliena-
tionis bonorum ecclesiasticorum non sola
venditio, donatio, aut permutatio: sed etiam
quælibet actio, per quam vile dominium
transfertur, intelligitur: sit plane iuran-
tem non alienare Ecclesiæ bona, & locantem
ad longum tempus, & pignori, aut spe-
ciali hypothecæ subiectum, Ecclesiastica
bona alienare, ac proinde esse periculum. Ita
Patormit. ad Cap. Intellecto, de iur. iur. n. 10.
Mol. n. 2. d. 466. Valq. de reg. c. 2. §. 2. dñb.
3. num. 24.

63 *Probabiliter* Probabilitate non caret sententia prima, se-
cundam tamen longe probabiliorem esse non
dubito. Nā quando de legislatoris mente aper-
te constat, laxæ interpretationi non est locus.
Constat autem aperte, non solum venditio-
nem, donationem, aut permutationem: sed om-
nem aliam actionem, per quam vile eccle-
siæ dominium transfertur, esse prohibitam.

DVBIUM XIII.

*Intrauit quis Præfatus se non alie-
naturum vlla Ecclesiæ bona, nisi Pon-
tifici consulto: Hoc iuramentum ex-
tenditurne ad quamlibet alienatio-
nem, etiam iure permissam?*

64 *Extenditur* Extenditur ad quaslibet alienationes siue
iure et probatas, siue ab eo permissas.
Quia iuramentum aliquid debet operari,
si autem ad illas alienationes prohibitas ex-
tendi iure, non apparet: cuius utilitatis sit. Sic
Azor p. 3. l. 9. c. 1. g. 9. plures referens. Molina

tr. 2. q. 468. Abbas ad Cap. Vi super hi. Na-
nar. comment. de alienat. rer. Ecclesiasticar. nu-
mer. 14.

Non extenditur ad alienationes permissas
à iure, sed solum ad illicitas & contra iu-
ris formam. Quia iurans non infendatorem
bonæ Ecclesiæ in consilio Pontificis, non in-
telligitur de feudo dato, & ad Ecclesiā de-
voluto: quia hic est per se licitus, sed de no-
ua feudi datione, quæ illicita est. Iurans non
alienare res Ecclesiæ, potest alienare im-
munes. Iuramentum factum de non alienandis re-
bus Ecclesiæ de alienatione illicita intelligitur.
Vnde cum Præfatus se perpetuo in Ecclesia co-
moraturum iurat, non obstante illo iuramen-
to, potest ex causâ necessitatis, aut utilitatis
abesse. Quia iuramentum factum in materia
iuris ad iuris terminos restringi debet. Ergo
iuramentum factum de non alienando bona
Ecclesiæ nisi consulto Pontifice, intelligi de-
bet de non alienando in illis casibus, in quibus
Pontificis consensus à iure postulatur iuxta
Extravag. Ambrosio. Ita multi Doctores,
quos refert pretio, & aperto nomine Castro
Palao tom. 2. d. 466. de Ecclesiasticis in man.
p. 1. §. 2. n. 4.

Hic dicendi modus mihi probatur. Nec ve-
get contraria sententia fundamentum. Abne-
go enim nūq. iuramentum operari: operari
enim firmiter reddi Præfatum in obsequium
dis à iure statutis.

DVBIUM XIV.

*Conditiones à iure præscriptæ adve-
rum Ecclesiæ alienationem ser-
uandæ sunt, in legato relicto
ea clausula: ut quoties Ecclesiæ
voluerit illud alienare, & in pro-
prios usus conuertere, non serua-
ta illa solemnitate possit?*

67 *R*ecolo ex sess. 1. nonnullas solemn-
itates, seu conditiones à iure requiri, ut
res Ecclesiæ immobiles pretiose possint alie-
nari: nempe tractatum, consensum expressum
colleg. j. & in col. g. j. formam, superioris con-
sentium, subiecti priorem Clericorum in casu-
bus expressis, & consensum Pontificis, vbi
Extravag. Ambrosio fuerit recepta. Qua-
ritur igitur est, an debeant hæ conditiones
seruari in legato relicto ea clausula, ut quo-
ties ecclesiæ visum fuerit, illud possit alienare?

Debet seruari, quia illa conditio reicien-
da est tanquam turpis, & habenda pro non
apposita si quis est iuri contraria. Sic An. d. 1.
v. Alienatio. n. 19. Quarant. s. m. Bullar. v. Alie-
natio. n. 31. & 32. Riccius prax. dec. 67. Bo-
noc d. 3. de contr. g. 8. p. 4. n. 8.

Seruati non debent, validaque est illa clau-
sula in legato apposita, quia tunc Ecclesiæ ex
potestate recepta à testatore legatum alie-
nare testator autem poterat suam rem abique
ea solemnitate alienare. Ergo transferens rem
Ecclesiæ potuit eam ea potestate conferre.
Ita Palao tom. secund. d. 466. de Ecclesiasticis r.
n. 11.

immun. pun. 15. §. secund. num. 14.

70
Hoc mihi
probabilis
Probabiliter hanc sententiam esse crediderim. Nam testator potuit relinquere Ecclesie hereditatem ea clausula apposta: ut post aliquot annos teneatur illam transferre in aliquem ex consanguineis testatoris, quem Ecclesia eligit: sed ad hanc translationem nullus consensus Pontificius, nullusque tractatus est requisitus Argument. leg. 1. & 3. C. Quando decreto opus non est, & tradit Quaranta v. Alienatio rer. Eccl. n. 45. & Barboia p. 3. de potest. Episc. alleg. 95. nn. 61. Ego neque etiam in casu nostro requiritur, cum in eo etiam sit quoddam fidei commissum, & ex voluntate testatoris alienatio procedit. Abnegatur igitur illam clausulam reiciendam esse tanquam turpem, ac iuri contrariam: cum ius solum prohibeat alienare res Ecclesie, quae illius sunt absolute, scilicet illas quae non sunt absolute, & perpetuo Ecclesie, sed quoad Ecclesiam illas retinere placeant.

DVBIVM XV.

An legatum relictum ea conditione, ut nunquam alienetur: possit servari solemnitatibus à iure praescriptis, alienari?

71
Alienari
non potest.
Alienari non potest, si Ecclesia alia bona habeat, quibus possit utilitati, pietati, ac necessitati consulere, quia tunc servari potest talis conditio, neque est contraria iuri concedenti alienationem rerum Ecclesiasticarum in casu utilitatis, pietatis, vel necessitatis. Facit textus Authent. de alienat. & emphyteus. collat. 9. §. Sanctissimus ubi inquit Imperator, res Ecclesie alienari posse pro captivis redimendis, nisi eo pacto donata fuerint, ne alienari queant. Ne igitur haec constitutio aliis iuribus concedentibus alienationem ex causa pietatis, utilitatis, vel necessitatis, contraria sit, dicendum videtur, prohibere alienationem, dum sunt alia bona, quibus satisfieri pietati, utilitati, ac necessitati potest: secus cum non sit. Sic alii doctores, quos pressio nominis memorat Palao 20. 2. d. uni de Ecclesiasticis: immun. pun. 15 §. 2. nn. 15. quorumque sententiam probabilem esse docet.

72
Poteff
alienari.
Potest alienari tale legatum, licet Ecclesia alia bona habeat, quae alienare queat, quia habere Ecclesiam bona alia quae alienare possit, non impedit quominus legatum alienatio ex causa pietatis, utilitatis, vel necessitatis, & servatis iuris solemnitatibus, fiat: sed quoties sit alienatio ex causa pietatis, utilitatis, vel necessitatis, & servatis illis conditionibus, à iure permittitur: Ergo non potest testator contrariam conditionem apponere: non enim potest iuri derogare. Ergo si apposta est, ut turpis

erit reicienda. Ita Sylvest. v. Alienatio, g. 28. Azor. p. 2. l. 9. c. 2. g. 9. Graff. Innocent. & Panor. in Sylvestro eiusd. Palao supra.

Probabiliter hoc esse iudico respondens ad textum in Authent. de alienat. non posse legatum alienari pro captivis redimendis, si eo pacto donatum fuit, ut non alienetur, nisi captivi extremam, aut valde gravem necessitatem patiantur. Id enim operatur conditio, ut non pro quacunque necessitate alienari illud legatum possit.

DVBIVM XVI.

Licitane est permutatio, qua fit vnus Calicis, v. gr. huius Ecclesia pro alio aequo pretioso alterius Ecclesia ornamento absque praedicta solemnitate?

74
Nonnulla
suppono.
Constat, permutationem alienationem esse, quia est translatio domini, quod in vnam rem habet, & alterum illius loco acquiris, ac proinde fieri nequit sine praefata solemnitate Cap. 1. de his, quae sunt à Prel. sine cons. Capit. solum est dubium, an licita sit permutatio Calicis, v. g. pretiosi pro aliquo ornamento: vel vnus hereditatis pro hereditate alterius Ecclesie absque praescripta illa solemnitate.

75
Licita non
est.
Non est licita, quia in Cap. Castellae 10. g. 2. & clarius in c. sine exceptione 1209. 2. & in Extravag. Ambrosiae eodem modo prohibetur permutatio, ac venditio, & donatio prohibetur: sed apud omnes constat, venditionem, & donationem rerum vnus Ecclesie ecclesiastici non posse cum altera absque praedicta solemnitate: Ergo nec permutationem: Sic Quaranta sum. Bullar. v. Alienatio, n. 15. Bonac. d. 2. de contract. feudi, g. 8. pun. 4. n. 20.

76
Est licita.
Licita est, spectato iuris rigore. Quia in eiusmodi Ecclesiasticis permutationibus omnino cessat ratio prohibitionis alienandi res Ecclesie quae est, ne res Ecclesie ab Ecclesia exeant, & profanis vtilibus applicentur: quod constat ex proemio Extravag. Ambrosiae, ibi: Profanis vtilibus applicare, aut cum maximo illorum, aut diuini cultus detrimento ex quibusvis mediis usurpare praesumunt. Ita Reccius prax. dec. 74. Barboia p. 3. de potest. Episc. allegat 95 n. 55.

77
Eiusdem
summentia.
Cum his opinor. Non enim me retardat, aliquos textus eodem modo prohibere permutationem, ac prohibere donationem & venditionem. Quia iussit, quod in aliis textibus permittatur permutatio inter Ecclesias, non tamen donatio: & textus, quantum fieri possit debent esse conformes, neque admittenda est illorum correctio sine claro fundamento. Hoc spectato iure: ex consuetudine autem eadem solemnitas ac in venditione requiritur.